tiones appellationes ac earum prosequutiones, faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalis Iuris, prorogatione Terrestri, bello, conventione, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia omnia accedente.

Magnificus Fredro Castellanus Leopoliensis Tutores inscribit.

270 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemyslien. Illustris et Magnificus Andreas Maximilianus de Pleszowice Fredro Castellanus Leopolien. sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse existens Tutor Naturalis in gradu proximiori Sanguinis Generosarum Catherinae et Angellae olim Magci Sigismundi de Pleszowice Fredro Castellani Sanocen. cum olim Magca Zophia Wasiczynska Consorte eiusdem olim Magnifici Castellani Sanocen. secundi matrimonii procreatarum Filiarum minorennium Virginum, olim vero Magnifici Caroli de eadem Pleszowice Fredro Capitanei Crosnen.

suen sororum germanarum certas legalitates suas habens quod eandem administrationem Tutellæ de prædictis pupillis Virginibus et bonis ac fortunis ipsarum administrare non pos set ne tamen sine Tutoria et administratione Tutels eadem Gnosæ Catherina et Angella prædictorum olim Magcorum Sigismundi Fredro Castellani Sanocen et Sophiæ Wa... consortum sua Conjugum, quemadmodum filiæ minorennes Virgines tam post obitum olim Magcorum Parentum suorum, quam et post decessum repentinum sine ulla dispositione Testamentaria supra scripti olim Magnifici Caroli Fredro Capitanei Crosnen fratris sui germani in orphanitate sua et minorennitate remaneant, bonaq et fortunæ ipsarum sine certo et legitimo Tutore atq administratione eiusdem Tutels quovis modo dilapidentur, et distrahantur, et in manus alicuius casuci Tutoris devol uantur. Proinde idem Illusmis et Magnificus Castellanus Leopolien præcauendo tempestiue prædictis pupillis mino rennibus Virginibus et fortunis ipsarum, atq obuiando iacturæ et casui Substantiæ bonorum eorumdem Virginum minorennium Pupillarum, quæ ex non bene administrata tutela perquempiam casuum Tutorem exoriri posset, in locum sui Gnosum Stanislaum de Plesrowice Fredro Subdapiferum Podoliæ Nepotem suum prædictis Gnosis Catherinæ et Angellæ Fredrownom Virginibus minorennibus, cum habilem et ad rite obeundam Tutoriam idoneum et bene possessionatum Tutorem videat, Substituit, ordinat, et inscribit, atq de eadem Tutoria iuxta proximitatem sanguinis sibi debita, in manus prædicti Gnosi Subdapiferi Podo-

sua (solam nonnisi attendentiam si aliquid in damnum et detrimentum prædictarum pupillarum evenire posset reseruando) abdicat et abrenuntiat. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Janicki et Jaskmanicki sese mutuo Quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmysliensibus Gnosi Petrus Janicki Capitaneus Taborovien ab vna et Jacobus Jaskmanicki parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terrestri districti-

271 bus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et omnibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum suis omnibus ac bonis suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam publice libere ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum sorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosus Janicki Capitaneus Taborovien suo et Gnosæ Theresiæ Zakrzowska Consortis suæ legitimæ pro cuius ratihabitione cauet et se præsentibus inscribit nomine sese mutuo et inuicem de intercisa certa inter se Recognoscentes præfatamq Generosum Janicka, ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et data illius hic Præmysliæ die prima Marty Anno currenti confecta consera manibus sui Recognoscentium propriis ab vtrinq subscrta et Actis officy praesentis sub vadio Summæ Duorum Millium Nongentorum Quadraginta sex florenorum Polonicalium firmata, eiusq inscriptione roboratæ, nec non de omnibus injurijs et damnis sibi Recognoscen

seu ex utrinque parte modo quovis illatis tum de manifestatio nibus Protestationibus, Ministerialis Relationibus, generaliter vero de omnibus praetensionibus ab Actu suprascripto Integri sit confectu, usque ad diem Actus praesentis ex utraque parte modo quovis intercedentibus quietant, emittunt, dimittunt, et liberos absolutosque faciunt, et pronuntiant. Interaisam praefatam eiusque Inscriptionem Roboratoriam, atque Protestationes et manifestationes quasvis in toto et per omnia ob plenariam sibi adinvicem praestitam satisfactionem cassant, praetensiones quasvis mortificant et annihilant, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Hac sua praesenti Personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Janicki eidem Taskmanickiemu Roborat et Contem Statuet.

211

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliensibus Generosus Petrus Samicki Capitaneus Taboroulien sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Theresiae Lachodowska Consortis suae legitimae pro cuius ratihabitione